

*Experimenta.*

1. Sal commune cum oleo Vitrioli lenissimo igne resolvetur in Spiritum fumosum, qui aeris accessu ferme totus avolat in aurasj

2. Idem Spiritus contentus in vitro amplioris orificii admoto Spiritu Salis ammoniaci exfuscat vaporem visibilem intensissimum, qui in hypocausto nebulam crassam producere potest.

3. Sulphur vulgare accensum in vaporem penetrantissimum resolvetur, qui in charta oleo Tartari imbuta susceptus præbet Sal fixum in igne durans, quod admixturam Spiritus Vitrioli protinus pristinum penetrantissimum vaporem sulphureum reddit.

4. Oleum Vitrioli gravissimum extemporanea enchiressi resolvetur in Vaporem, qui admota candela instar Sulphuris vulgaris inflammatur similemque odorem exhibet.

5. Magisterium Lunæ cum Sale communi præcipitatum exhibet corpus quod in igne fit volatile & dissipatur in auras.

6. Argentum item aurum solutione penetrantium liquorum sæpius tractatum tandem resolvetur in liquorem, qui totus arenæ calore evaporat aerem.

7. Oleum vitrioli mixtum cum opio & in Retorta Vitrea destillatum resolvetur in liquorem summe Volatilem Sulphureum aciditatis pene expertem hærente in collo Retortæ Sulphure artificiali & in fundo ejus terra nigra insolubili.